



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad  
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

**Vatier, Antoine**

**Dilingæ, 1689**

III. De Paupertate & Tolerantia Christi morientis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

*Meditatio.*De Paupertate & Tolerantia Christi  
morientis.

Oratio præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Contemplabor Christum  
in horto, in domo Annæ, & Caiphæ, in Prae-  
torio Pilati, in Regia Herodis, in monte Calvarie,  
considerans ubique quid agat, & patiat ex  
ro, & genuino Paupertatis angustissimum  
spiritu.

II. PRÆLUDIUM. Ad Pedes Crucifixi Do-  
mini mei stabo.

III. PRÆLUDIUM. Gratiā flagitabo,  
cognoscā patientissimam Servatoris  
Paupertatem; Ejusque perfectionem unā  
ipso sectari statuam.

## I. P U N C T U M.

Latitudo Paupertatis Christi  
morientis.*Consideranda.*

Latissima fuit, & sine ullo limite Paupertas  
Redemptoris mei, tam in effectu, quam, quæ  
illa, quæ ex spiritu Paupertatis insuper tolerat

voluit. 1. Omni voluptate, omnique commo-  
to corporis ultro se spoliavit; neque permisit,  
ut clara Divini vultus visio ita animam recrea-  
ret, ut facilius esset enormium dolorum, quos  
perulit, tolerantia. 2. Nihil ad ipsum pertine-  
bat, quod non exquisitè torqueretur; anima  
in Passione sua imaginatione cruciata est;  
oculi tum loci, tum instrumentorum mortis  
sua, tum denique tortorum, & mortem rabio-  
se ipsi procurantium crebro intuitu; aures tum  
simplici Petri negatione, tum blasphemis, &  
Judaeorum falsis accusationibus, tum publicâ,  
& clamorâ totius populi contra ipsum damna-  
tione, atq; horrendis in ipsa Crucifixione inimi-  
corum suorum conclamationibus, tum ignomi-  
nis Divinæ, & Regiæ suæ Majestati dictis, tum  
impulsa Pilati sententiâ, tum diris illis, quibus  
tota plebs tanquam Cruciarium devovebat,  
tum denique blasphemis mali latronis expro-  
bationibus. Odoratus torquebatur pestilenti  
scentis, in quo mori debuit, fœtore. Gustus fel-  
is, & aceto, nec non siti intolerabili affligeba-  
tur ob deperditam ingentem Sanguinis effusi  
copiam. Denique patiebatur à manibus, co-  
natos & verberum omne genus infligentibus;  
capitis, quæ Sanctissimam faciem totam defæ-  
cerunt; à corona spinea, quæ totum Sanctissi-  
mum

mum Caput confixit ; à clavis, qui partes  
num, pedumque nervosissimas penetravit  
à flagris, quæ pellem ferè integram à carne  
pararunt. Ita in effectu passus est profusus ad  
randa. Sed longè adhuc latius desiderium se  
tendit, quo æterno Patri suo se obrulit ad  
omnia, quæ porrò æternæ Patris Voluntati  
citura essent, libentissimè toleranda, nullo  
narum fine, vel discrimine.

*Affectus.*

1. Quàm justè, mi Jesu, vir dolorum  
ceris, cujus & corpus, & animam tam acer  
undique tormenta premunt. 2. Ah! quàm  
fundunt hi dolores tui, mi Jesu, delicate  
sualitatis meæ blandimenta, quæ  
3. Dignus equidem non sum, qui ullo modo  
lorum tuorum fiam particeps, sed quoniam  
infinita Bonitate tua desideras, ut illi tecum  
hi communes sint; en me, Bone Jesu, parat  
in flagella tua, & supplici voto illa postulanti  
4. Si pro dolore, quem injustè quis patitur, tan  
tundem gaudij debet respondere, & si pro  
ptate, quam contra jus, & æquitatem verum  
est quispiam, tantundem debet recipere torm  
torum, justum est, mi Jesu, ut, cum in præ  
da dolorum omnium abyssis fluctuaveris, in  
cilsimè nunc gaudeas, & delecteris, vindictam

de inordinatis voluptatibus meis iustissimam  
lumendo, & crucifigendo tecum sensualitatem  
meam. Ne permittes igitur, ut unquam ab  
amore tuorum dolorum desinam, quos tam im-  
pensè dilexisti, & quorum tolerantiam tanto  
Sanguinis tui pretio nos docuisti. 5. Accende  
in me nobile illud desiderium, arctius semper  
Paupertatem, coercendis affectibus meis im-  
moderatis tam idoneam contrahendi. Fac, ut  
ab hoc momento nullas tibi orbitas ponat, sed  
ad exemplum tuum, & amore tui, quidquid  
asperum, & inamœnum est, amplectetur. 6. De-  
sidero, mi Jesu, animitus quoad omnia imita-  
ri te. Sed nihil ita mihi dulce fuerit, quàm te-  
cum cruci confixum in doloribus mundo, & mi-  
hi totum emori.

II. PUNCTUM.

Sublimitas Paupertatis & Tolerantiæ  
Christi morientis.

*Consideranda.*

Incomparabilis fuit arduitas Paupertatis mor-  
ientis Filij DEI, quia tolerata in rebus acer-  
bissimis, qualia sunt: 1. Esse à DEO Patre  
derelictum, ex quo orta est amaritudo animi  
incredibilis. 2. Erat dolorum sensus vivacis-  
simus

simus ob corporis perfectissimi delicatissimam  
indolem. 3. Summus dolor animi & tristitia  
gravissima, quam ultro in se admisit DEI Filius,  
ob mala, quæ passus est; ob Sanguinis precio-  
sissimi, quem effudit, jacturam; & præcipue  
injurias æterno Patri peccatorum totius mun-  
di enormitate factas. Quæ tristitia, cum con-  
formis amor fuerit, quo æternum Patrem con-  
plectebatur, & gloriam ejus maximam delecta-  
rabat, necesse est, ut, sicut amor hic, & desiderium  
nullos admisit limites, ita infinitus quoque  
dolor ille ac tristitia fuerit. Præterea fuit hæc  
Jesu morientis tolerantia positivè infinita  
in infinitam Personæ dignitatem, quæ valde  
dedit infinitum actioni cuiusvis minimæ, volun-  
tate cuiusvis levissimæ, cuiusvis jacturam ultro  
admisit DEI Filius, & demum dolori cuiusvis  
visissimo, quem Deificata hæc Humanitas pati  
debuit.

*Affectus.*

1. Quis Paupertatis tuæ dolorosissimæ  
ignovisset, mi Jesu, nisi tu ipse id nobis  
manifestasset! 2. Quis dubitet, Sapientiam  
Jesu, quin probè nôris, quid agas, neque  
consideratè patiaris; & tamen perdis omnem  
ut pati possis amplius. O Mirabilem namque  
mercaturam! 3. Ergo pati posse nobilitatem

quid est, quàm DEI vita? Ita sanè, nam vitam non recusas perdere, ut patiaris. 4. Intellego, quo consilio hunc amoris excessum non horreas. Non tibi volebas vivere, sed Patri tuo; hinc est, quòd pati potius pro aeterni Patris honore velis, quàm tibi vivere. 5. O ut vivam vitâ hâc! fac, mi Jesu, ut nihil illi præferam, cui tu posthabere voluisti omnia; moriar sanè millies, ut patiar, vel si tibi ita lubet, nunquam moriar, ut nunquam non patiar!

III. PUNCTUM.

Comites Paupertatis & Tolerantiæ  
Christi morientis.

*Consideranda.*

Perfectissima quoad omnes circumstantias fuit Paupertas morientis Christi: fuit enim patiens, fortis, & amore plena. 1. Nunquam vel contra tormenta, vel contra tortores, ne quidem levissimè, indignatus est; sed ita semper mansuetus & quietus animo, ut si nihil omnino esset, quod pateretur. 2. Adèò ad tolerandum generosus fuit, ut prodigiosè ad ampliora supplicia vitam conservârit. 3. Quidquid toleravit, ex amore passus est flagrantissimo erga aeternum Patrem, & Divinæ ejus gloriæ

gloriæ incrementum. Ita nihil inter dolorem  
discriminis admittens; omnes promiscue  
plexus est ex uno eodémque amoris impul-  
sac placendi æterno Patri desiderio,

*Affectus.*

1. Intelligo ô Divine Magister, quâ per-  
fectione ego Paupertatem tuam imitari debeam  
& tecum pati; sed heu! quàm nihil illorum  
corum ego in me reperio, quibus te orantem  
veneror! 2. Fac, obsecro, mi Bone Jesu,  
ad tuum me exemplar penitus conformem  
3. Ah! quàm erubescō nunc, quod ignavitate  
sensualitati meæ indulserim, toties impet-  
tenter id omne declinando, quod minus app-  
titui meo commodum arbitratus sum! am-  
hoc pectus generoso illo Spiritu, qui me tribu-  
nitus emori, & quidquid acerbū accidet, labo-  
ter amplecti faciat. 4. Indignor mihi, cum  
mini, quoties ignavâ sollicitudine amoliri a-  
etiam leviusculas adversitates laboraverim, ut  
illas promptè amore tui debuissēm perpe-  
5. Da, mi Jesu, ut ita pati deinceps desiderem  
ut inter peculiare gratias tuas numerem, si quæ  
adversæ, quod me affligat, immissurus es. 6. In-  
dignus quidem hoc tanto beneficio tuo sum, ut  
dabis id, ut spero, supplicanti per illam ex-  
mam, quam in Cruce tua passus es, paupertatem

Colloquium dirigetur ad æternum Patrem, quem rogado, ut gratiam mihi tribuat imitandi Redemptorem meum, supplicans per infinitum gaudium, quod habuit ex pretiosissima Filij sui tolerantia.

*Compendium Meditationis*

De Paupertate & Tolerantia Christi morientis.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Breviter totam Christi Passionem percurram, ad omnes Eum stationes sequendo, & contemplando, quidquid ubivis egerit, passusve sit ad Paupertatis afflictissimæ leges.

II. PRÆLUDIUM. Ad Pedes Crucifixi Domini mei me collocabo.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam postulabo cognoscendi dolorificam Salvatoris mei Paupertatem, ejusque summam Perfectionem unâ cum ipso consecranda.

I. PUNCTUM. Latissima fuit Paupertas morientis Filij DEI, neque ullos scivit limites. Omni enim solatio destitutus, in omnibus animæ suæ facultatibus passus est diversissima, & promptus fuit ad plura, si ita æterno Patri fuisset lubitum, toleranda.

